



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 36. Arundelii Comitis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. bellum ardebat, cujus tamen vis septem  
A. C. 1432. vel octo annorum spacio valde remitteba-

tur, eoquod utraque belligerantium pars tam ob virium impotentiam, quam ob pecuniarum inopiam haud ultra validos exercitus alere posset. Quibus accessit utriusque Regis imbecillitas; Anglus quippe pupillarem ætatem nondum egreditus, tutelæ adhuc subjacebat, Gallus vero ex meretricum, atque adulatorum suorum arbitrio pendebat. Nihilominus Arundelius Comes, supremus Anglii exercitus Dux Sancelerinum, quam urbem trium mensium, & amplius obsidione prefferat, tandem occupavit, inde ad castrum Silacum - Guilielmum in Cen-

*Sile te Guit-  
taume.  
Mellai  
S. Laurent  
des Mor-  
tiers.*

manensi agro situm movens, illud cinxit, demumque ad ditionem coegit. Bellicis hisce expeditionibus prospero Marte confectis ad terras Cenomanenses atque Andegavenses persæpe præ datum excurrens, castra Mellacense, & S. Laurentii Mortariorum cepit, quibus præsidiario milite munitis, in Normanniam reversus est.

§. XXXVI.

*Arundelii Comitis obitus.*

Postquam autem Arundelius Comes intellecterat, quemdam Centurionem, patria Vasconem, nomine Hiram, aliquique dictum Pontonum Santraillium pa-

loposi

lopost Gerberacum, pervetustam quam- Sæcul. XV.  
A.C. 1432.  
dam arcem quatuor leucas Bellovaco di-  
stantem occupasse, confestim illuc suas  
corias admovit. Hira & Santraillius in  
adventantem Comitem eruptionem ten-  
tant, acie congregiuntur, & quamvis An-  
gli Gallorum numerum triplo excederent,  
hi tamen illos profligarunt, octingentis  
Anglorum desideratis; Ipse quoque Co-  
mes in captivitatem abstractus, paulopost  
multis vulneribus confosus, e vivis con-  
cessit; unde Anglorum vires haud parum  
accisæ fuerunt.

### §. XXXVII.

#### *Sfortia Roma profugus.*

**E**odem tempore Sfortia, qui hucusque Eugenio Papæ Romanæ Urbis pos-  
sessionem asserturus ibidem substiterat,  
tandem Roma excedere, ac non modo  
armis, sed & Pauli Ursini insidiis subjace-  
re cogebatur. Castra metabatur prope  
Aldegam, ubi eum Cardinalis S. Crucis  
ex Columnensium familia ortus nomine  
Pontificis convenerat, persuasurus, imo  
eundem compulsurus, ut Romam rever-  
teretur. Quid inquietabat Cardinalis, Er-  
gone magnus Sfortia ursum timet, qui  
tamen adeo firma suffultus est *columna*?  
(nempe alludebat ad Ursinorum fami-  
liam, & ad propriæ suæ Domus nomen)

E 4

Cui